

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Hortvs Ciceronianvs sive Flores Apophthegmatum &  
Historiarum e Scriptis Ciceronis in Vsum &  
delectamentum Studiosae pubis excerpti**

**Omeis, Magnus Daniel**

**Norimbergae, 1699**

49. Absolon

**urn:nbn:de:bsz:31-105410**

lapillo dividit, & gladio proprio  
obtruncat, & spolia opima corpori  
detrahit. Caput Goliadi suspendi-  
tur Jerofolymis, gladius deponitur  
in sacratio Nobensi, arma affigit  
David in suo tabernaculo, corpus  
truncum alitibus & bestiis abjicit in  
agro.

#### 49. ABSOLON.

Abfolon ex Maacha, Regis Gessu-  
reni filia, tertius filius Davidis, nul-  
la animi corporisqve dote caruit.  
Propter fratrem interfectum, extra  
patriam degit annos tres: & duos  
alios, etiamsi revocatus esset, in pa-  
tris conspectum non venit. Gratiam  
a patre impetrat per Joabum, qui  
cum tardius ageret negotium, ejus  
villam segetesqve incendit. Tradu-  
ctis tandem ad se non solum vulgi,  
sed multorum optimatum animis,  
sœtus factiosos agitat, bellum susci-

rat, patrem fugat, concubinas publice stuprat, regnum occupat. Prælio cum paternis ducibus commisso, terga dare compellitur, ramisque quercus cæsarie involutus, & capite adhærens, tribus hastilibus a Joabo percutitur. Corpus ejus in foveam projectum, lapidibus superinjectis tegitur, carensque liberis nullam sui relinquit memoriam, præter colossum a suo nomine dictum, quem sibi vivens ipse in agro erexerat. Cædes ejus nulli hominum fuit acerbior, quam patri Davidi: sed in planctu tristissimo, divinæ cedens justitiæ animo tandem acquiescit.

### 50. *SALOMON Rex.*

Salomon, Davidis e Bathsabea filius, præceptorem habuit prophetam Nathanem, a quo etiam regni diademate ornatus est. Justus a Deo  
pete-

pete-  
tiit,  
inau-  
Tem-  
giar-  
mun-  
ficav-  
stant-  
ratio-  
tre  
pen-  
colu-  
adiu-  
tate-  
nes  
rum  
sper-  
Nam  
tias,  
eoden-  
stetit,  
locis